

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia af  
cum uariis

Quatuor sunt species quibus omnis tumor arrogancium demonstratur, cum bonum aut a semetipsis habere se estimant, aut si sibi datum desuper credunt pro suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut despectis ceteris singulariter uideri appetunt habere quod habent.

Gregorius in moralibus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Superbia af] Superbia ae P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; si *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; credunt] et *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; suis] meritis *add.* M; meritis *om.* M; appetunt habere] habere appetunt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; habere *om.* M; Gregorius in moralibus] ibidem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in moralibus] ibidem V<sup>2</sup>